

Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

**Terentius,|| A` M. Antonio Mvreto|| locis prope
innumerabilibus|| emendatus.||**

Terentius Afer, Publius

Venetiis, 1558 [erschieden] 1559

Scena II.

[urn:nbn:de:gbv:45:1-723936](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:gbv:45:1-723936)

ACTVS QVINTI SCENA II.

DE MIPHO, GETA.

- D. Os nostrapte culpa facimus, ut malos expe-
 n diat esse,
 Dum nimium dici nos bonos studemus & be-
 nignos.
 Ita fugias, ne præter casam, aiunt, non ne id satis
 erat,
 Accipere ab illo iniuriam? etiam argentum est ultro
 obiectum ei,
 Ut sit qui uiuat, dum aliquid aliud flagitij conficiat.
 Ge. Planissime. De. his nunc præmium est, qui recta pra-
 ua faciunt.
 Ge. Verissime. D. ut stultissime quidem illi rem gesserimus.
 Ge. Modo, ut hoc consilio possiet discedi, ut istam ducat.
 De. Etiam ne id dubium est? Ge. haud scio hercle, ut homo
 est, an mutet animum.
 D. Hem, mutet autem? Ge. nescio: uerum, si forte, dico.
 De. Ita faciam, ut frater censuit; uxorem huc eiu' adduc-
 cam,
 Cũ ista ut loquatur. abi Geta: prænũcia hæc uenturã.
 Ge. Argentum inuentum est Phædræ: de iurgio siletur:
 Promissum est, ne in præsentia hæc hinc habeat: quid
 nunc porro?
 Quid fiet? in eodem luto hæsitat: uorsuram soluis
 Geta: præsens quod fuerat malum, in diem abiit: plas-
 gæ crescunt,

Nisi prospicis . nūc hinc domū ibo, ac Phaniū edocebo,
Ne quid uereatur Phormionem, aut eiū orationem.

ACTVS QVINTI SCENA III.

DEMIPHO, NAVSISTRATA,
CHREMES.

De. *Gedum*, ut soles Nausistrata, fac illa ut plas-
a cetur nobis;

Ut sua uoluntate id, quod est faciundum, fa-
ciat. Na. faciam.

De. Pariter nūc opera me adiuues, ac dudū re opitulata es.

Na. Factum uolo: ac pol queo minu' uiri culpa, quā me
dignum est.

De. Quid autem? Na. quia pol mei patris bene parta in-
diligenter

Tutatur: nam ex is prædijs talenta argenti bina

Capiebat statim. hem, uir uiro quid præstat. De. bina
quæso?

Na. Ac rebus uilioribū multo, tamē talēta bina. D. hui.

Na. Quid hæc uidentur? De. scilicet. Na. uirum me na-
tam nellem:

Ego ostenderem. De. certe scio. Na. quo pacto. De.
parce sodes,

Ut possis cum illa; ne te adolescens mulier defatiget.

Na. Faciam, ut iubes: sed meum uirum abs te exire ui-
deo. Ch. hem Demipho,

Iam illi datum est argentum? De. curauī illico. Ch. nol-
lem datum.

Q 3 Hei,